11/17-003

Gratz 17 Januarii 1847.

Celeberrime Domine!

Litteras tuas unacum scriptis benignissime missis accepi, et maximas exinde ago gratias. Enumeratio mea jam typis mandata esset, ni adhuc ex nonnullis provinciis, praecipue Hungaria additamenta expectarem. Cum mense Octobri Viennae fuissem, plures Botanices cultores visitavi. Prof. Endlicher opus meum quam valde necessarium laudavit. Ex consilio ejus etiam icones citavi, sed solummodo tales, quas ipse vidi atque comparavi. Addidi etiam appendicem, qui diagnoses atque descriptiones plurimorum novorum et minus notorum, in operibus tantum rarioribus descriptarum continet. Doleo proinde valdopere, volumen II florae Tuae dalmaticae nondum in lucem prodiisse. Cumque vol. I plures icones contineat absque descriptione, nec non nullae

plantæ a Te denominatæ occurrant, quas e Dalmatia accepi, quarum omnium diagnoses desiderantur, et primum in 2do et 3tio volumine operis Tui præstantissimi descriptæ inveniendæ erunt; supplicites rogo ut mihi diagnoses earum communicare velles, quas certissime jam factas possides. Res enim nimis ardua est diagnoses ex icone vel ex exemplari manco formare. —
Addidi etiam nomina nonnullarum plantarum, quæ in Vol. Imo desiderantur, et quas e Dalmatia accepi; sunt:
1. Crassula Michelii Kunt! (Bolteri ex insula Lesina misit.)
2. Alisma Damasonium! Neschinger.
3. Allium striatum Jacq. ic. plant. rar. II. t. 366, (comparatum!) (unicum exemplar inter plantas a Weldenio communicatas aderat,)
5. Caricem indeterminatam . .

Porro e Dalmatia accepi:!

Plantago serraria L. (Dr Alexander)

Anthemis incrassata Loisl.? Bolleri.
(A. australis Bolleri)

Senecio leucanthemifolius ... Bolleri
juxta diagnosin in DC. prodr. non
exacte convenit.

Galium setaceum Lam. (G. capillare Cav.)!

Delphinium pubescens DC.

Silene trinervia DC. Piller. Bolleri.

Brassica, puto esse B. creticam Sibth
et Sm. fl. graeca, convenit cum
icone, quam Viennae vide, exacte!

Lychnis coeli rosa Bolleri

Orobanche indetermina, in radicibus
Gnaphalii Stoechadis... qualis?

Erucarium ..... quam determinare non
potui, etiam a Bollerio.

et alias valde rarocas species,
etiam Equus a Pittoni a Bollerio
missas possides.

Finem agens, spero, te Benignitate Tua mihi jam nota preces meas botanicas exaudire dignaturum esse. Litteras Tuas summo cum desiderio exspectans, maneo

Illustrissime Domine

servus Tuus
gratissimus

Dr Joseph Maly

11/17-003-2

Nomina specierum, quarum diagnoses benignissime communicare velles!

1. Ptarmica abrotanoides Vis.

2 Centaurea crithmifol. V.

3 — Friderici? ...
argentea, fol. pinnatis.

4 Galium aureum Vis.

5. Asperula Italica Vis.

6. Moltkiola glandulosa V.

7. Euphorbia Dalmatica V.

8. Senecio Dalmaticus Vis.

9. — Visianianus Papafav.

10 Scorzonera latifol. Vis. 4.1.
(Cetum DC. prodr. VII. p. 125
habet S. latifoliam!)

11. Barkhausiam bracteosam Guss. e
Lombardia possideo, sed nullibi
descriptam invenio!

Dubia quaedam ex Ehle elencho

quid Silene graminea Vis. ?

— Euphorbia capitulata Reich. quis nominavit eam E. foliiflora ?

— Oxytropis lanceifolia Vis. ?

— Cytisus rupestris Presl Dalm.

— Dianthus biflorus Sibth.

— Helianthemum annuum Pers.

— Ranunculus subbrunoides Reich.

— — verrucosus Presl.

— Cynanchum monspeliacum Host. fl. austr.

Herbarium etiam Austriacum construxi, si forsitan ex plantis dalmaticis mihi desideratis aliquas communicare posses, me gratissimum habebis, lubentissimeque plantas Tibi desideratas quas habeo, offero:

Flor. 1827.
Anchusa microcalyx
Cerinthe purpurea
Herniar. rotundifol
Anthriscus lenifol.
Ornithog. fenestrale
Dianthus integer
Silene Tommasinii
Hellebor. multifidus
Satureja parvifl.
Vesicaria microcarp
Lathyrus ensifol.
Medicago crassispin
Achillea argentea
Centaurea cuspidat
— punctata

Flor. 1820
Thymus origanifol.
Crepis adenantha.

E flora Dalmatiae
Ptarmica abrotanoides
Centaurea crithmifol.
vide apud Pittoni
Matthiola glandulosa.
Euphorbia dalmat.
Senecio dalmaticus
— Visianianus
Scorzonera latifol.
Silene graminea Vis.
Oxytropis lanceifol.
et si forte alias possides

Etiam e Lombardia mihi plantae pro Herbario meo Austriaco quam gratissimae erunt.

Compono nunc herbarium, quod post mortem meam tanquam herbarium normale Enumerationis meae in quadam Academia vel Universitate deponendum curabo, ut posteris meis innotescat, qualem ego plantam descripserim!!